


GLOS.
 SVPER BVLLA
 PII QVARTI
 DE SOCIETATE
 OFFICIORVM.

AVCTORE IOAN. BAPT. LEON.
 BART. I. C. PERVSINO.

Ad Illustrissimū, & Reuerendissimū D. Cardin.
 Federigum Bonromeum D. meum
 semper Colendissimum.



SVPERIORVM PERMISSV.

Perusiz, Apud Petrum paulum Orlandum. 1592.

CLOS

SVPER BVLLA


PII QVARTI

DE SOCIETATE

OFFICIORVM

AVCTORE IOAN. BAPT. LEON.
BART. C. PERRVINO.

Ad Illustrissimū & Reverendissimū D. Carolum
Ferdinandum Bohemum D. meum
Imper. Coloniensium.



SVPERIORVM PERMISSV

Perugia, Apud Petrus Franciscus Ghidoneus. 1552.

MO. MO.
ILLVSTR. ET REVER. D.
CARD. FEDERIGO BONROMEO

MO.
D. MEO SEMPER COLEND. S. P. D.
IO: BAPT. LEON. BART. I. C. P.



D meam priuatam commoditatem, ac vtili-
tatem superiori Anno composui Glos. su-
per Bulla Pij iij. de Societate Officiorum
& super Bulla Pij v. de Censibus: quę licet
emanauerint ab exiguo fonte Ingenij ac
doctrinę meę, amicorum tamen suasionē
illas in publicum edere coactus fui, quę
materia de censibus declarat, atque expli-
cant, easque sub nomine Illustrissimi, & Re-
uerendissimi Cardinalis Pinelli tunc temporis Perusię, ac Um-
bricię Legati de Latere dignissimi promulgavi ob eius maximam
in regimine prudentiam, & erga me humanitatem. Et cum mo-
do Glos. de societate officiorum ijsdem amicis suadentibus pro-
mulgare debeam; teneor quidem Cardinalis Amplissime sub no-
mine tuo illas edere, cum tibi plurimum debeam; ob tuas eximi-
as virtutes, erga me benevolentiam, ac etiã in memoriã Illustriss.
& Reuerendiss. Cardinalis Caroli Bonromei tui consanguinei;
Cui ego in decretorum libris explicandis, ac publice interprę-
tandis Mediolani inserui: Glos. de censibus debebant dedicari
Cardinali Pinello tanquam Legato de Latere in Patria mea meri-
tissimo ob eius maximas virtutes, & erga omnes humanitatem:
glos. autem de societate officiorum sub nomine tuo clarissimo
promulgare teneor ob eximias virtutes, quibus cumulatissime præ-
dictus es; tum etiam quoniam ego, & Illustrissimo Cardinali Ca-
rolo, & tibi multum, ac plurimum debeo, eoque magis hæc
glos. tibi dedicare teneor, cum Pontifex conditor d. Bullę de so-
cietate officiorum fuerit tuus affinis, & Cardinalis Caroli auuncu-
lus, vnde iure optimo tibi debebantur. Qua de re utrique Cardi-
nali satisfeci, sed non vti debebam tantis, tantoque merito-

Cum viris, sed ut iuxta vires meas satisfacere poteram; scio quidem
 munus esse exiguum istorumque merita esse max. eorundem tamē
 animi bonitate, & erga me benevolentia fructus, atque motus non
 dubitavi; hasce meas exiguas lucubrationes tibi dedicare; sperans
 illas humanitati tuæ gratas fore: & propterea sicut Illustrissimus
 & Reuerendissimus Cardinalis Pinellus glos. super Bulla Pij v.
 de censibus hilari animo gratas acceptasque habuit quod sua fuit
 humanitas ita quoque glos. super Bulla Pij iij. de societate officio
 rum a D. T. Illustrissima & Reuerendissima eadem ne dicam ma
 iori affectione, animique hilaritate recipiendas, gratasque haben
 das esse summopere confido: licet enim ego inter doctores sim
 minimus, affectione tamen atque animi promptitudine erga D.
 T. I. & R. nemini sum secundus: Quo circa si huiusmodi meæ lu
 cubrationes gratæ tibi erunt, tuoque prudentissimo ac docto iu
 dicio approbatæ, sicut spero, & opto, in dies profumptior red
 dar, ad alias promulgandas. Illud tamen te scire vellem quod si
 in eis aliquid boni reperiatur, Deo dandam esse gloriam; quod
 vero imperfecti erit, tuo iudicio corrigatur, atque imbecillita
 ti meæ ascribatur: Accipe igitur hoc meum munusculum in signū
 licet exiguum meæ erga te maximæ obseruantię, reuerentię, atque
 debite seruitutis: & ita me tibi gratum conferua; sicuti ego con
 tinuus Deum optimū exoro, ut sua bonitate diu te nobis conseruet,
 atq; ad maiora p beneficio, & salute populi Christiani extollat, ac
 exaltet: Vale Perusię Kalend. Augusti Anno Domini 1592.

ERRATA.

Pag. 4. glos. corrig. glos.

Pag. 4. quod corrig. quod.

Pag. 7. en corrig. ex.

Pag. 7. in fin. glos. 8. adde iuxta J. 1. ff. de constitut. in ver. plane ex his

Pag. 13. extiguatur, corrig. extinguatur.

Pag. 14. glos. corrig. glos.

Pag. 15. recipiendum corrig. respiciendum.

Pag. 20. glos. corrig. glos.

Pag. 23. martulis corrig. masculis.

INDEX

I N D E X.

R E R V M. Q V Æ I N H O C
O P V S C V L O C O N T I N E T V R.

<i>A.</i>	
A CTIO subsidiaria qualiter in hoc contractu detur.	17.
<i>B.</i>	
Bulla Pij iij. diuisio.	pag. 1.
<i>C.</i>	
Cessante causa legis debet cesare & ipsa l.	pag. 4.
Causa legis promulgandæ qualiter consideretur.	pag. 5.
Clausula motus proprii quid operetur in consuetudine.	pag. 7.
Causa legis in qua parte eius debeat poni.	pag. 8.
Consuetudinis vis.	pag. 11.
Contractus fundatus in iura alicuius sine officio ualet.	pag. 13.
Contractus iste dicitur societatis.	pag. 18. 19.
Contractus iste est exemptus ab omni onere.	ibidem.
<i>D.</i>	
Dies termini quando computetur in term.	pag. 10.
Disdicta cum termino 15. dierum si pacto caueatur non est necessaria.	pag. 23.
<i>E.</i>	
Executio instrumenti istius societatis an sit camoralis.	pag. 21.
<i>F.</i>	
Factum ipso iure tale requirit declarationem ut tale reputetur.	pag. 17.
Finita societate ista fructus non debentur eadem ratione.	pag. 18. 19. 20.
Fructus istius societatis quomodo cognoscantur esse solum ad rationem 10. pro centenario, & quomodo cognoscantur eiusd. interesse.	pag. 23. 24.
<i>I.</i>	
In reuocandis .ll. & nouis promulgandis bonum esset referre tenorem .l. reuocandæ.	pag. 1. 2.
Intentio legislatoris summopere confert ad .l. intelligentiam	pag. 2.
Iura quomodo dicantur esse in pectore principis	pag. 4.
Interesse an possit deduci in pactum disting.	pag. 11.
Indebite soluti occasione istius societatis an repeti possit.	pag. 16. 17.
Intimatio	

Intimatio Domui facta an ualeat. pag. 19. 20. 21.

L.

Lex cur alia sit prohibitiua, & alia præceptiua habetur pag. 2.
Lex ab quâdo reuocatur simpliciter, & aliquâdo ulterius aliqd pag. 2.
Lex omnes æqualiter ligare debet. (quidetur) pag. 4.
Lex quibus modis promulgatur pag. 6.
Lex abrogata, uel derogata an possit alegari. pag. 7.

M.

Métio cõstit. reuocãda cur sit faciẽda in constit. reuocãte. pag. 23.

N.

*Nominare aliam personam sub cuius periculo pãcunia in isto
contractu ponatur an liceat.* pag. 19. 20.

Origo contractus societatis officiorum. pag. 8. 9. 22.

*Officium in quo fundatur ista societas si tot. occupetur non
propterea reddijur inutile* pag. 13.

Officiũ in isto cõtractu si nõ existat qd erit in dubio. pag. 13.

Officiũ istud si in cõbẽdo nõ fuerit capax qd erit dicẽdu dist. plures casus. 14

Observantia iurium diuorsorum iuristarorum qualis sit. pag. 22.

P.

Princeps debet habere optimos consiliarios. pag. 7.

Principis officium quale sit pag. 6.

Præiudicium creditorum cum distin. ad notatur pag. 16.

Pena impositio fieri debet sine alterius preiudicio pag. 18.

Societatis officiorum reqsita quot sint & quot sicut nu. pag. 23.

Societatis pred. requisita an sit seruanda in foro consciẽzie pag. 3.

Societas ista tacito consensu non refirmatur. pag. 10.

Societatis istius consuetudo qualis sit. pag. 11. 12.

Societas ista a possit cõtrahi cũ alia re pag. 12.

T.

Taxatio 10. pro centinario quomodo fiat pag. 12.

Transgressores istius bullæ Pij iij. qualiter puniantur. pag. 10.

A D L E C T O R E M.

HAEC sunt que in hac glos. methode eiusque ludice adnotare conueniẽt esse iudicauit, si quid autẽ in eis desiderari possit, illud ex glos. habebis, quas sup. instru. eiusd. bul. eo citius promulgabo, quo ab alijs studijs aliquãculũ uacare tibi permisiũ fuerit, iterum hilari animo accipe & p̄õta uolũtate offero uale.

PIVS

PIVS QVARTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM

Dei Ad perpetuam rei memoriam.

PIVS Papa III. Motu proprio, &c.
CVM sicut accepimus fe. re. Paulus Papa Quartus prædecessor noster certis tunc expressis causis motus, quod nullus tam in curia, quam in tota ditione Ecclesiastica Officialis cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præminentię existeret, tunc, & pro tempore aliquam Societatem super aliquo, seu aliquibus ex Officijs ad tunc suam, seu Sedis, aut Camerę Apostolicę, seu Camerarij, Vicecamerarij, Pœnitentiarij maioris, & causarum Palatij Apostolici Auditoris, dispositione quomodo dolibet pertinentibus quę vendi consueuerunt per eum obtinen. pro tempore cū aliqua alia persona, seu personis, Comuni, Collegio, seu vniuersitate, nisi præcedente Signatura ab eo, seu Rom. Pont. pro tempore existen. obten. in qua pacta, & conuentiones partium exprimi deberent, pro cuius expeditione, & certa aduocatione medium pro ceutenario quolibet scutorum, seu ducatorum cogeretur soluere, inire præsumeret, & societates aliter quam sic inite non ualerent, & earum prætextu agi nõ posse & forsan alia tunc expressa sua constitutione Motu proprio sub Datum Romę apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Domini Millefimo Quingentesimo quinquagesimo quinto, nonis Octobris, Pontificatus sui Anno primo statuerit, & ordinauerit, p. ut in ea latius continetur, & habetur. Nos considerantes sicut fidei relatione percepimus quod ex huiusmodi constitutione multę, & diuersę tam nostrę alme Urbis quam ditionis Ecclesiasticę, & extra eam personę quę earum pecunias in societatibus Officiorum huiusmodi contractare solite erant, ea prohibitione uti in noua tertię earum societates quę in notabili numero, & ingenti pecuniarũ suma existebant statim disdixerunt, & reuocarunt, ad extractioneq; pecuniarum sic in societatibus datarum agere, & Officiales eorũq; fideiussores cogere ceperunt, & enixe institerunt: quo factum est ut Officiales ipsi, & eorum fideiussores, tum etiam ob mala tempora quę interuenerunt promptam non habeant quam restituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiusmodi Constitutionis difficultatem pecunis in societatem reperirent, eorum officia seu bona alia
viliori

villiori etiam pretio vendere, & alinare, vel pecunias alias sub gra-
uoribus etiam illicitis vsuris capere vel potius quod pluribus con-
tingit decoquere, & ab Vrbe aufugere, & sic creditores defraudare
omnino congerentur, ob quod grauia damna, & incommoda tam
Vrbi, quam ipsis particularibus Officialibus, & personis illata fue-
rint, quae etiam hodie sustinent; Cupientes quantum cum Deo pos-
sumus his malis obuiare pro tempore futuro ac Officiales ipsos, &
alios interesse putantes ab huiusmodi grauibus, & damnatis vsuris
cū debitis exactionibus liberare. Supplicationibus dilectorum fi-
liorum nostrorum Populi Romani, & Conseruatorum alme Vrbs
nostre super hoc nobis porrectis inclinari, eisque instantibus, &
cū eis more pij patris benigne agere volentes, Motu simili ex cer-
ta nostra scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine dictam
Constitutionē p̄ dictū Paulū Quartū ut præmittitur factā cū om-
nib. in ea appositis clausulis, cuius tenore, ac si de verbo ad verbū
insereretur pro exp̄sis haberi volumus, cassamus, irritamus, & an-
nullamus, ac pro cassatis, irritis, & annullatis haberi volumus, illaq;
virib. tēpore futuro penitus euacuamus. Volentes, & auctoritate nos-
tra decernētes, q̄ de cetero ipsis Officialib. sup̄ tñ eorū Officijs so-
cietates quas cūq; cū pactis tñ licitis, & honestis prout, & quę admo-
dū ante constitutionē præfatā solitū erat, etiā nulla a nobis seu
Ro. Pōt. p̄ tempore existen. desuper expedita Supplicatione seu si-
gnatura nō tamē ultra valorē Officiorū super quibus illa fieri contin-
get, ita quod ad requisitionem secum Societates contra hentiū te-
neantur in ipso cōtractu specialiter exprimere alias Societates su-
p̄ eodē officio cōtractas si q̄ sint, & si eas falso negauerint vel exp̄s-
serint in toto vel ī parte, penā priuationis officiorū ipsorū sup̄ quibus
societates huiusmodi cōtractę fuerint, sine tñ. p̄iudicio creditorū
quatenus aliūde illis satisfieri nō possit, ipso iure incurrāt. Et nihi-
lo minus tā ipsi quā fideiussores desuper p̄stiti ad satisfactionē So-
cietatū, & debitorū desuper cōtractorū teneantur, & obligati existāt, fa-
cere, & inire, ac pecunias recipere, & cōtract. desuper celebrare, quales
tñ legitime, iniiti, ualidi, & efficaces existant, & executioni demāda-
ri debeāt, libere, & licite possint, & valeāt, licētīā, & facultatē cōce-
dimus p̄ p̄ceteres. Dicta cōstitutione ceterisq; in cōtrariū quomodoli-
bet facerētib, nō obstantib. quibuscūq; p̄missorū oīm. & aliorū hic for-
san necessario exprimēdorū tenores p̄ plene, & sufficiēter exp̄sis ha-
bentes &c.

GOLS.

GL O S.

Super Bulla Pij iiii. de societate officiorum nominat.

Auctore Ioan. Baptista Leon. Bart.

I. C. Perusino.



MOS est interpretum an
tequam se cōferant ad
interpretationem sibi
propositam quędam pręmittere
quę vel necessaria, vel vtilia re-
putantur pro maiori, & meliori
intelligentia rei interpretandę,
quod quidem considerans ego
illud idem in expositione istius
bullę Pij iiii. de societate. officio-
rum faciendum duxi; & propterea
ab illius diuisione incipiendo,
puto illam diuidendam esse
in sex partes, in quarum prima
summ. Pontif. refert tenorem
cuiusdam bullę Pauli iiii. de
ead. materia disponentis. in 2. do-
cet q̄ ex illa bulla multa oriebā-
tur mala, & incommoda. in 3.
refert eius intentionem ad obu-

iandum malis pręd. in 4. reuocat
& anuulat in totum pręd. bullā
in 5. decidendo statuit quid in-
futurum circa huiusmodi socie-
tates seruari debeat. in 6. habentur
clausul. in fine. c. uislib. bullę
apponi solitę. 2. ibi nos confide-
rantes. 3. ibi cupientes quantum
cum Deo possumus. 4. ibi motu
simili. 5. ibi volentes, & autorita-
te nostra. 6. ibi dicta constitutio-
ne &c. quo ad primam norandū
est ex ea quod quando legisla-
tor intendit aliquam legem re-
uocare summopere esset vtile in
lege reuocatoria referre tenorē
legis reuocandę cum inde me-
lius, & clarius cognoscatur causa
reuocationis, & nouę constitu-
tionis: atq; hoc idem a simili.

A proce-

procedendo faciendum esset in-
 nouandis obligationibus iuxta
 l. fin: C. de nouation. &c. quo
 ad 2. not. quod sicut debemus re-
 cedere à malo, & facere bonum
 vt in fact. litteris habetur, ita eti-
 am lex alia debet esse prohibi-
 tiua, & alia præceptiua: vnde
 hæc bulla est mixta quia partim
 prohibet, & partim præcipit, con-
 firmatur quia ratio legis aliquã-
 do demonstrat obuiandum esse
 malis, aliquando vero docet sta-
 tuendum esse iustum. quo ad 3.
 not. quod scire intentionem le-
 gislatoris summopere expedit
 ad intelligentiam legis, & consti-
 tu. ca intelligentia: de verb. sing.
 & ibi glo. & propterea ad men-
 tem Marfil. ficin. in q. sua Epistol.
 not. quod ubi intentio auctoris
 alicuius dispositionis non est ex-
 presse declarata bonum esset in-
 primis illam inuestigare, & co-
 gnoscere &c. quo ad 4. ex hac
 particul. concurrentibus alijs
 not. quod constitutio aliqua ali-
 quando reuocatur, & annullatur
 simpliciter, & in totum authen.
 cassa, & inrrita. C. de sacrosan.
 Eccles. aliquando vero vltra re-
 uocationem prouidetur quid in-
 futurum obseruari debeat, ut ha-
 betur in præsentī bulla de huius-
 modi autem abrogat. & deroga-
 tione per tractant docto. in c. 1.
 de constitut. quo ad 5. cum so-

leant interpretes ca sum ad nota-
 re super quo decisio promulgata
 reperitur in præsentī loco eius
 puto vtilius esse adnot. requisi-
 ta, & qualitates istius contrac-
 tus, & societatis. I. igitur requi-
 situm est, quod hæc societas con-
 trahatur super officio, quod offi-
 cialis habet in Vrbe. 2. quod pa-
 cta quibus talis societas contra-
 hitur sint licita, & honesta. 3.
 quod ipsa reguletur à consuetu-
 dine, vnde vbi talis consuetudo
 non adest recurrendum esset ad
 ius scriptum. 4. quod vltra valo-
 rem officij d. societas contrahi
 nequeat. 5. quod officialis sub pe-
 na priuationis officij teneatur ad
 instantiam alterius contrahen-
 tium denunciare an officium sit
 capax, & quot societates hæcte-
 nus insuper sint cōtractæ. 6. quod
 tam ipsi officiales, quam fideius-
 sores nihilominus teneantur
 ad satisfactionē huiusmodi socie-
 tatis, & debitorum de super con-
 tractorum, dummodo tamē illa
 legitime sit contracta. 7. quod si-
 cut officialis in acquisitione offi-
 cij exposuit se periculo vitæ, &
 amissionis pretij, seu sortis prin-
 cipalis, ita quoque ille qui super
 tali officio pecuniam ponit eis-
 dem periculis se exponere debet.
 8. quod hæc societas aliquando
 contrahatur solum ad certum tē-
 pus, & aliquando ad beneplac-
 tum

tum ipsorum contrahentium: ita tamen quod hoc beneplacitum per pactum aliquando reuocetur cum simplici disiecta: & aliquando cum disiecta 15. dierum. 9. quod declaretur qualiter societas ista licet contrahatur inter officialem, & eum qui pecuniam super tali officio ponit, id tamen sit aliquando beneficio, & contemplatione alterius. 10. quod licet fructus d. officij sint incerti in celebratione tamen istius societatis solent specificari & taxari ad rationem 10. & in nonnullis locis 12. pro centenario 11. quod finita societate in casu restitutionis fortis principalis debitor nō teneatur ob moram eius ad interesse ad eand. rationem qua societas contracta fuit. 14. quod qui ponit pecuniam super tali officio possit illam exponere periculo suę uel alterius uitę prout sibi magis placet dummodo à principio id declaretur: circa hæc requisita, & qualitates de duobus posset dubitari, primo an nu. tot. sint, quot supra sunt ad notata & quo iure sint introducta. 2. an sint seruanda in utroque foro. quo ad primum dicimus quod diuersa ratione, atque

repectu possunt esse plura, & pauciora iuxta ea que adnotauimus in expositione bullę Pij. V. de censibus, sunt autem introducta partim à iure extrauagantium scripto uidelicet bullarū summ. Pontific. & partim à consuetudine urbis Romę, ut notorie constat merito &c. quo ad 2. puto ipsa esse seruanda in utroque foro, ita tamen quod transgressor aliquando solum dicatur peccare aliquando uero non solum mortaliter peccet, sed etiā teneatur ad restitutionem, atque ita iudico per distin. rationes autorita. & doctrin. quas adduxi in expositione d. bullę Pij V. & præsertim in præmissis & in diuisione illius, & cum non conueniat illas hic transcribere propterea ad eas me remitto: quo ad ultimam partem non uideo aliquid ex ea posse adnotari ultra id quod adnotauimus super d. bulla Pij. V. ex eadem particula. &c. & propterea ad d. locum me refero. Vnde his omnibus absolutis reliquum est modo descendere ad expositionem text. eiusd. bullę licet per modum, & methodum glos. etiam in præsentem procedere decreuerim &c.

Text.
Cum Sicut accepimus se. ce. Pa-
ul. Papa iiii. predecessor noster.

Glos. 1.

Contra per cap. 1. de constit. in 6. & l. omnium. C. de testamen. si enim Princeps dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui, ut in d. iuribus dicitur, ergo male dicitur sicut accepimus. sol. glos. super. ca. præterea in uer. fallit distin. 23. dicit d. iura esse uera, & ita intelligenda per interpretationem, uel dicas 2. d. iura uerificari per suos consiliarios: uel dicas 3. q. iura adducta uidentur intelligenda de intelligentia habituali, & uirtuali, hec autem particula intelligitur de intelligentia specifica, & sic iura iuribus concordantur.

Text.
Certis Tunc expressis causis
motus.

Glos. 2.
 Quelibet lex pro eo tempore in quo uigorem habet, debet esse rationalis & certis causis munita, quæ sicut uariantur, ita quoque, & ipsa dicitur uariari ca. non debet de consanguini. & ibi Docto. ca. erit disti. 4. hinc not. quod cessante causa cu

iusu dispositionis debet etiam cessare ipsa dispositio, ca. cum cessante de appella. & ibi Abba. quod intellige de causa finali, ut adnot. Abba. in d. ca. cum cessante. & plene Tiraquel. in suo tracta. cessante causa limi. 1.

Text.
Quod Nullus tam in curia quam
in tota dictione Ecclesiastica officia-
lis cuiuscunque status, gradus, orde-
nis dignitatis conditionis, & præ-
minentie existeret &c. usque ad
uers. nos considerantes.

Glos. 3.
 Hic Summ. Pontif. refert tenorem constit. Pauli iiii. usque ad uer. nos considerantes &c. ex quo enim in præsentē bull. Pontifex intendit d. constit. reuocare, & super d. societate in futurum prouidere uoluit in primis illius tenorem referre ad hoc, ut hæc præsens prouisio esset magis clara pro ut de iure esse debet ca. erit. dist. 4. l. leges. la. 3. C. de legib. not. hic ulterius quod quelib. lex debet equaliter respicere & ligare subditos & propterea dicit tex. in l. 1. ff. de legib. quod est commune præceptum, & in l. 2. eod. dicit, quod omnes homines decet legi obedire, hinc est quod apud legislatorem non debet esse nec repe-
 riri

siri acceptio personarum ut ad
not. Doct. in l. omnes populi ff.
de iusti. & iure cum simil. &c.

Text.

Nos considerantes sicuti Fideles
relatione percipimus &c. usque ad
uer sic. ob quod &c.

Glos. 4.

Cum proprium sit hominis er-
rare ob eius fragilitatem, hinc
est quod etiam Principes non
sunt exempti ab hac imperfectio-
ne, Ideo debent habere optimos
consiliarios pro ut docet Paris.
de puteo in suo tracta. de Synd.
tit. de excessib. consil. ar. nu. 12.
quamuis consiliarij teneantur de
malo consilio iuxta tradi. per ca-
nonistas super ca. sicut dignum
§. in super il r. ubi precipue Io-
an. de Anan. de homic. hinc est
quod ne ipsi errent in damnum
subditorum non debent habere
malos consiliarios, cum per eos
dicantur in regimine excedere,
de quorum excessu docet idem
Paris. in d. tracta. tit. de exce-
sib. Principum nu. 21. & per
tot. mali enim consiliarij sunt
reijciendi tanquam pestis cum
Principes debeat esse propter po-
pulum, & non populus propter
Principem.

Text.

Ob quod grauia damna, & in-
commoda tam urbi quam ipsis par-
ticularibus officialibus, & personis
illata fuerint, que etiam hodie su-
stinent.

Glos. 5.

A', uers. nos considerates. usq;
ad presentem particul. summ.
Pontifex refert incommoda, &
mala que oriebantur a d. costi.
& bull. Paul. iiii. vnde notatur
causa propter quam liceat rece-
dere a iure antiquo. sed contra
per l. 2. ff. de constit. & D. Thom.
1. 2. q. 97. ar. 2. ubi habetur non
esse recedendum a lege antiqua
nisi ob euidentem utilitatem er-
go non uidetur satis, ut ex l. an-
tiqua oriatur aliquod in commo-
dum, sol. causa noue legis du-
pliciter considerari potest, pri-
mo ex parte legis antique, & est
si illa amplius utilis non sit imo
danosa esset. 2. ex parte legis no-
ue, & sic si esset necessaria, uel
maxime utilis, vnde in tota hac
bulla, atque constitu. nostra utra-
que causa uidetur uerificari, si
totus context. consideratus fuerit
merito &c.

Text.

Cupientes quantum cum Deo
possumus his malis obuiare pro tem-
pore futuro, officiales ipsos, & alios
interesse

*interesse putantes ab huiusmodi gra-
uibus, & damnatis usuris cum de-
bitis exactionibus liberare.*

Glos. 6.

Sicut officium cuiuslibet par-
ticul. hominis est euitare malum
& facere bonum pro ut in sacris
litteris legimus, ita etiam offi-
cium optimi Principis est prou-
dere ne malum committatur, &
ut bonum fiat authent. de non
alienan. aut per mutan. in prin-
col. 2. Omphali. in suo tracta. de
politic. Ciuil. lib. 3. cap. 6. per
tot. & de Principis obligatione
plenissime tractat Lancell. Cor-
rad. in suo tractat. cui tit. est tem-
plum omnium Iudic. lib. 1. tit.
de Imperat. §. 3. de obligatio-
ne Imperatoris per tot. uerum
quia Principes putant aliquan-
do multa sibi esse licita etiam in
damnum subditorum, propterea
superfluum esse uidetur de hac
materia per tractare, & que sunt
iuris docere &c.

Text.

*Supplicationibus dilectorum fi-
liorum nostrorum populi Romani,
conseruatorum almae Urbis nostrae
super hoc nobis porrectis inclinati
eis que instantibus, & cum eis mo-
re pij patris benigne agere uolentes.*

Glos. 7.

Nota quod Pontifex diuersi
mode dicitur legem, & constitu-
tion. promulgare, aliquando .n.
id facit motu proprio, quia
tenetur uigilare pro salute subdi-
torum authent. ut iudic. sine quo
que suffragio &c. in princ. ali-
quando ad petitionem alicuius,
seu aliquorum pro ut contingit
in presenti, & fere in tot. lib.
decretali. & propterea ille lib.
ita nominatur uidelicet lib. de-
cretal. aliquando cum aliorum
consilio iuxta .l. humanum. &
ibi Bald. C. de legib. aliquan-
do cum consensu aliorum cap.
facto approbante concilio. de sen-
ten. excommunicat. utilitas hu-
ius not. est maxima quia sicue
constitutio dicitur diuersa, ita
quoque dispensatio quæ insuper
ueniret facienda diuersimode de-
beret concedi iuxta ad not. à De-
cio. in sua prima repetit. super c.
1. nu. 2. inf. de iudic. &c.

Text.

*Motu simili ex certa nostra scien-
tia, ac de Apostolica potestatis ple-
nitudine.*

Glos. 8.

De hac clausul. habemus text.
expressum in ca. si motu pro-
prio, & ibi Docto. communiter
de prebend. in 6. & copiose de
ca.

ea. pertractat Staphyle. in suo tracta. de literis gratiæ, & iust. tit. de clausul. motu prop. cum seq. sed ex quo ista clausul. apponi solet in rescriptis quereret aliquis quid operetur in consti. & bullis, responderi potest ultra id quod in d. loc. adnot. quod constitution. & bullæ uidentur esse maioris efficaciei, quia constitut. eo efficacior debet reputari quo clarius constat de uoluntate legislatoris iuxta tradi. à Mantio. in suo tract. de cōiectu. ultim. uolunta. lib. 5. tit. 14. nu. 13. & clarius lib. 12. tit. 17. nu. 2. cum ibi adduct. hinc est quod consuetudo induci nequit contra expressam uoluntatem legislatoris iuxta ad. not. super ca. 1. de constitu. in 6. ubi præcipue Ant. de but. cum simil. merito. &c. his accedit si fuerit promulgata ad priuatam utilitatem potest ab ea appellari, ut docent doctores in l. omnes populi. ff. de iust. & in. quod cum non uerificatur si motu proprio edita fuerit merito &c.

Text.

Dictam constitutionem per d. Paul. iij. ut præmittitur factam cum omnibus in ea appositis clausul. cuius tenorem, ac si de uerbo ad uerbum insererentur pro expressis haberi uolumus cassamus irrita-

mus, & annullamus, ac pro cassis irritis, & annullatis haberi uolumus illamque uirib. tempore futuro penitus euacuamus.

Glos. 9.

Constitutio aliqua cassatur, & irritatur aliquando intotum & aliquando pro parte iuxta l. derogatur ff. de uerb. signifi. unde in presenti bulla Paul. iij. penitus, & intotum tollitur, licet autem regulariter illa non possit amplius allegari ad decisionem causarum iuxta glos. 1. communiter recept. super cap. 1. de constitut. huiusmodi tamen regula multipliciter limitatur, ut adnotant Docto. exponentes d. glos. ubi præcipue Deci. & Felyn. ut e. g. si hæc bulla Pij. iij. in aliqua eius parte reuocaretur in dubium, ad eius declarationem, & intelligentiam posset adduci, & allegari dicta bulla Pauli iij. cum lex abrogata posset allegari in argumentum, ut ad nota. Deci. in d. ca. nu. 12. & Felyn. ibid. nu. 2. post prin. &c.

Text.

Volentes, & auctoritate nostra decernentes.

Glos. 10.

Hic Summ. Pontifex incipit adnotare, & decidere quid in futurum

futurum obseruari debeat in isto contractu societatis officiorum. hinc not. quod causa, & ratio legis quando in illa exprimitur aliquando habetur in princ. legis, ut hic uidemus, alipquando uero in fine, & in iure uarij adduci possent text. sed satis erit ad not. ca. 1. & ca. si quando de rescript. sed quereret quis quod nam melius esset, sol uidetur dicendum melius esse in prin. ponere causam quia ex illa oritur postea, & decisio, & eius intelligentia.

Text.

Quod de cetero ipsis officialibus super tamen eorum officijs societates quascunque.

Glos. II.

Pro intelligentia presentis contractus est animaduertendum quod in Vrbe sunt ordinata, & constituta quedam officia uenalia, ex quibus quidam habentur proventus aliquando maioris & aliquando minoris quantitatis, quorum officiorum emptores communi, & vulg. nomine equites appellantur, & sicut illa officia diuersa habent nomina, ita etiam isti equites. hinc est quod reperiuntur, & dicuntur equites Pij. equites V. Petri, & Simil. equites autem ex eo videntur

ita nominati, quia diuersi Pontifices erexerunt diuersa collegia militum nominata ad diuersum finem ut e.g. uideri potest in bulla 36. Leonis 10. Item bulla, 50. Paul. iij. Item bulla, 5. Pij. iiii. & aliorum, qui quidem milites, equites vulg. nominantur, quorum proventus, cum ex certo officio habeantur, & pratio acquirantur ideo dicuntur emptores huiusmodi officiorum, & cum huiusmodi officia aliquando maio. & aliquando mino. sine utilitatis ut dixi, hinc est quod proventus predicti dicuntur esse incerti, quamuis proventus quorundam istorum militum sint certi, & determinati, ut ex bullis insuper expeditis clarissime cognoscitur, & quoniam ista adnotasse uidetur satis ad propositum institutum. Ideo ulterius procedendo super huiusmodi officijs introductus fuit quidem contractus, qui societas officiorum nominatur, atque sub tali forma celebrari solet, ut quis ponat super huiusmodi officio certam pecuniarum quantitatem sub periculo suæ uel alterius uitæ, & eques illam recipiendo facit illum participem de fructibus illius officij, qui cum regulariter sint incerti, ut dixi solent taxari ad rationem 10. pro centenario, & cum contractus celebratur aliquan-

aliquando ad commoditatem ipsius equitis, aliquando uero ad commoditatem alterius, Ideo in eodemmet contractu requiritur talis declaratio &c. natura autem istius contractus talis esse dicitur ut sicut officium mortis equitis extinguatur, & eques pecuniam qua officium emit amittit, ita etiam hoc idem contingit de contractu isto, ut uidelicet per mortem illius, qui pecuniam dedit si tamen sub periculo suauitae illam dedisse constat, & contractus extinguatur, & ille qui pecuniam dedit illam perdit de duobus tamen fuit in hac parte sepe dubitatum, primo quid iuris sit dicendum, si ponens pecuniam super d. officio uel non declarauit ob cuius mortem illa omittatur, uel si declarauit nominauit aliam personam, & non suam. 2. quid iuris sit tenendum si ipse eques, & non ponens pecuniam decedat. quo ad primum dicimus in primis esse de consuetudine personam in cuius uita societas ista celebratur semper nominari, & propterea ut pecunia amittatur necesse est, ut persona declarata decedat, secus aliter atque hoc contingit ob naturam istius contractus &c. quoad secundum dicimus quod ob mortem equitis non amittitur pecunia, sed extinguatur societas uero

de deponens illam, nequit amplius fructus habere sub ratione societatis, sed consuetudine urbis, ut mihi relatum fuit inductum est, ut ob moram debitoris loco fructuum habeat interesse, quod est minoris quantitatis quam fructus, unde fructus cum sint ut dixi 10 pro quolibet centenario interesse uero de consuetudine erunt septem. haec omnia an de iure communi possent confirmari uera, habet difficultatem, quia sicut quidam contractus sunt introducti de iure ciuili tantum .i. ex hoc iure & ibi Docto. ff. de iusti. & iure .s. ius autem gentium instituit de iure naturali &c. & propterea a iure tantum ciuili regulantur, ita etiam ista societas est inducta solum consuetudine, & ideo ab ead. consuetudine regulari debet, dummodo illa rationabilis existat iuxta ca. si. de consuetud. licet autem circa hunc contractum multa oriuntur dubia ultra ad not. infra tamen suis loc. illa uel praecipua adnotemus &c.

Text.

Cum passis tamen licitis, & honestis prout, & quem admodum ante constituit. presatam.

Glos. 12.

Hec particul. uidetur superflua

B

flua

flua per l. pacta, quæ contra. C. de pactis, & ibi Docto. communiter, sol. non fuit apposta ista particul. ad decidendum quod pacta debeant esse licita, sed solum ad ostendendam qualitatem contractus. hinc est quod insuper adhibetur fideiussor pro obseruatione contentorum in tali contractu, pro ut de iure hoc licitum esse constat tot. tit. in utroque iure de fideiussoribus, hinc est etiam quod contrahitur societas ista cum pacto, ut duret per spatium sex mensium, & postea ad beneplacitum, ita tamen, ut tale beneplacitum in casu reuocationis reuocetur cum termino 15. dierum, & vulgo dicitur cum disdicta 15. dierum, quod quidem pactum secundum communem usum dicitur esse licitum, dubitatur tamen circa istam disdictam, primo si societas ista esset contracta ad sex menses tantum, an per tacitum consensum intelligatur refirmata arg. l. item queritur. §. qui impleto. & ibi Bart. & Docto. ff. locat. uidetur affirmatiue respondendum, ceterum Sol. ut docet Petrus de Vbald. in tracta. de duobus fratribus part. 3. num. 39. uers. in contrarium facit cum ibi adduct. ratio autem in societate nostra illa uideatur esse quia cum in ea adsit periculum uite,

& amissionis sortis principal. uidetur propterea necessarius consensus expressus, & sic nec etiam obiectio obstat. dubitatur secundo andies termini in quo ipsa facta fuit computari debeat intermino; hanc quest. examinat. Gomes. super reg. 2. Cancellar. de infirmis. quest. 37. ultra ipsum tamen per l. 1. ff. si quis cautionib. & ibi Doct. communiter ubi ponitur regul. quod dies termini non computatur in termino unde uidetur negatiue esse respondendum, confirmatur per ca. 1. §. si quis. de exception. in 6. ubi ad litteram idem legimus, facit etiam text. in .l. ubi lex. ff. de reg. iur. & in leg. cum bissexto. ff. de uerb. sign. his tamen non obstantibus sol. in quest. proposita quod terminus debeat considerari de momento ad momentum, quia per dictam disdictam socius didicens, solum declarat animum suum quod non intendit amplius stare in societate, confirmatur per authen. hodie C. de appella. & ibi glo. per l. 3. §. minori, & ibi similiter glo. ff. de minorib. glo. super cap. concertatione. in uer. sciuerit de appella. in 6. mar. ant. bard. in suo tracta. de tempo util. cap. 3. nu. 1. cum simil. regula enim & iura incontrarium adducta uideatur verificari, quas
do

do terminus assignatur ad aliqd faciendum, de qua quidem regul. ultra Docto. in d. l. 1. plenissime tractat Tiraq. in suo tracta. de utroque retractu. §. 1. glo. 11. a nu. 18. usque ad num. 66. & sic per plu. col. duas in suis regul. reg. 196. 197. Cagnol. & Deci. in d. l. ubi Lex. cum ibi cita &c. 3. adduc posset dubitari an pactum ualeat de interesse soluendo, quando societas finita esset ob moram debitoris ad eandem rationem, qua illa fuit contracta, dicunt quidam in tali casu huiusmodi interesse non solum uigore pacti uerū etiam nullomodo solui debere nisi tamen illud in actis legitime probetur, & clare deducatur sol. hæc opinio non uidetur omnino iuri congrua, q̄a in primis clarissimum est quod interesse debeat ratione moræ .l. mora .§. in bonæ fidei. ff. de usur. Hieron. Gabriel. in cons. 78. nu. 4. uol. 1. & propterea pu to hoc de iure esse tenendum q̄ uidelicet debeat etiam uigore pacti pro ut idem uidetur sentire Gabriel. in d. cons. & nu. imo relatum mihi fuit hoc idem de consuetudine obseruari in urbe, ut dixi supra in glo. 11. opinio autem cōtraria posset uerificari si in actis nō essent deducta deducenda cum probari debeat

passum fuisse interesse ob morā debitoris, & propterea etiā in pactum a princ. in instrumento deduci potest, quia inter species interesse datur etiam interesse cō uentionale Rebuff. Deci. & alij communiter in rubri. & l. 1. C. de sentētis pro eo q̄ interest. Couar nu. li. 3. uariar. resolution. ca. 4. nu. 5. uers. septimo ead. Ioan. Bapt. Lup. super .l. curabit nu. 125. quod quidem intelligi debet prout docet Lupus loco cita. nu. 126. cum ibi adduct. ubi demonstrat quod licet pacisci de certo interesse, si postea illud probetur secus aliter merito &c.

Text.

Soli tum erat etiam nulla a nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente de super expedita supplicatione seu signatura

Glos. 13.

De efficacia consuetudis non est opus aliquid adnotare, cum notoria sit in iure, non est tamen omittendum quod nos docet Felyn. in ca. 1. uer. noua lex. per plur. col. de tregua. & pace. Rolan. cons. 99. uol. 2. ubi legimus legem non ligare nisi sit uiu recepta. consuetudo autem istius contractus in eo uidetur consistere. primo ut societas ista constituat super uita alicuius qui si

durante societate periret, & pecunia diceretur amissa per ipsū ponentem, & societas diceretur finita .2. ut disiecta fiat eo modo quo ad notatum est supra .3. ut pecunia ponatur super .d. officio, & Ideo ab eo recipit de nominationem, hic tamen posset dubitari an .d. societas posset celebrari, cum alia re, præter pecuniam: hæc difficultas uidetur soluta a Gabriel. in suo consl. 81. nu. præsertim .1. uol. 1. quod. s. etiam cum alia re contrahi posset, confirmatur, quia de iure communi societas potest contrahi cum quavis re. l. societas. ff. pro socio. gomefi. in tracta. de contractib. cap. de societa. nu. 2. cum simil. & per. d. bull. uel aliam nihil circa hoc statuitur, merito &c. quod enim non est prohibitum uidetur de iure permissum .l. nec non .s. 1. ff. ex quibus causis maior &c. & quoniam plene hoc habetur in .d. consl. merito &c. & propterea ego in q. causa istius contractus celebratus cum alia re tanquā aduocatus obtinui. 4. ut fructus taxentur ad rationem .10. procentina rio. an autem talis taxatio de iure fieri posset, non uidetur omnino clarū sol. quod sit permissa per ea quæ diximus supra de pacto circa interesse ubi enim militat ead. ratio debet etiam

dari ead. iuris dispositio ca. 4. de confirma. utili &c. eoque magis taxatio ista in presenti est permissa, quo iustitia eius ex eo cognoscitur quod cum .d. officium in urbe reddat prouentus, aliquando plures, aliquando uero pauciores media uia eligi debet quando certi essent declarandi pro ut contingit in presenti iuxta tradi. à Deci. in. ca. 1. nu. 45. post prin. in 1. lectur. de constitutu. Ancarar. in consl. 210. tere per tot. cum simil. merito &c. 5. celebrari solet cum fideiussore, & quoniam in hac parte aliquid speciale non obseruatur, nec etiam aliquod occurrit dubium ideo non oportet aliud adnot. sed remittere hanc materiam ad ea quæ nos docent Docto. de iure communi &c.

Text.

Non tamen ultra ualorem officiorum super quibus illa fieri continget.

Glos. 14.

Si ille qui ponit pecuniam super huiusmodi officijs posset percipere omnes fructus ex illis percipi solutos eques nihil sibi retineret, & consequenter tale officium esset sibi frustratorium, quod non uidetur rationi conueniens, & sic bulla Pauli iij. in debite

debita uidetur in hac parte reuocata, sol. non est incoueniens ut eques retineat officium, quia licet ex eo non habeat fructus habet tamen alias commoditates, præterea cum societas sepe extingatur uel morte, uel consensu deponentis pecuniam officium plene reintegratur, hic tamen dubitari posset an licitum sit ita contrahere, quod quidam cõueniant inter se, ut unus det alteri certam pecuniarum quantitatem super uita propria, ita quod inde ob periculum uitæ in se susceptum posset aliquid lucri percipere per illud tempus quod esset à partibus definitum & statutum, sol. in primis talis contractus esset maxime diuersus à d. societate, & meo iudicio diceretur innominatus, esset etiam de iure licitus præsupposito tamen lucrum præ d. non transcendere debitum iustitiæ, quando .n. contractus illud continet, ut ex eo quælibet pars habeat commodum, & incommodum pro ut de iure requiritur sine dubio debet reputari licitus iuxta communiter tradi in .ca. nauigante: de usuris, ubi præcipue uideendus est August. Bero. nu. 46. 47. qui ad litteram uidetur examinare, & decidere casum propositum, cum rationes ibi adnot. faciant ad litteram in casu nostro meri-

to &c. præterea si contractus onerosus esset illicitus, & iniustus reputandus id contingeret, uel quia non essent obseruata quæ sunt de substantia contractus, uel non essent obseruata quam sunt de substantia iustitiæ; licet enim in contractibus quædam dicantur substantialia quædam accidentalia, & quædam naturalia Bar. in .l. ubi donatur .ff. de donat. causa mort. Bero. in .d. ca. nu. 29. & seq. cum simil. ad præd. tamen duo cap. singula reducuntur, unde in casu proposito, nec defectus contractus, nec defectus iustitiæ reperitur, ut in facto præsupponitur, ideo idem quod supra est dicendum &c. sed si dubitatur an cõtrahentes, uoluerint contrahere contractu .d. societatis uel .d. contractu innominato quid erit agendum. sol. ad coniecturas meo iudicio esset recurrendum, & secundum illas iudicandum arg. conclus. 2. ipsius Gabriel. tit. ad Trebelian. &c.

Text.

Ita quod ad requisitionem secundum societates contrahentium teneantur in ipso contractu specialiter exprimere alias societates super eodem officio contractas si quæ sint.

Glos.

Glos. 15.
 Not. quod si ultra ualorem supra in uer. non tamen, & ibi adnot. societas contrahi nequit ergo frustra uidetur hęc decis. ut requiratur alterius contrahentium requisitio, ut hic legimus sol. si potest celebrari contractus ad periculum uite, ut uidimus supra in glo. 14. & partes intendant contrahere .d. societatem, uidetur propterea necessaria p̄d. requisitio, sed quid sit dicendum in dubio, ita quod in contractu nihil appareat de ista requisitione, ut sepe contingit, sol. ex quo nemo p̄sumitur aliquid facere contra .l. l. merito. ff. pro socio, ca. fin. de p̄sumption. Ideo dicendum est quod officium p̄sumitur capax, aliter enim eques promississet fructus sui officij dare, & tradere, quos dare non posset, quod non est dicendum, nec p̄sumendum sed quid iuris esset, se de facto contracta esset societas ista ultra tamen ualorem p̄d. officij, sol. ultra id quod supra ad not. puto esse distinguendum, quia aut fuit contracta societas ista scienter, aut ignoranter. primo modo deciditur in hac particul. quid iuris. at 2. modo uidetur de iure dicendum quod fructus solui debeant, uel sub ratione istius so-

cietatis, cum officium in dubio p̄suponatur capax, uel sub ratione alterius contractus de quo diximus supra in .d. glos. 14. dixi autem in hac particul. defini-ri, quid iuris si scienter societas sit contracta ultra ualorem officij, quod est uerum facta requisitione, sed quid iuris erit si scienter contraxerunt, & noluerunt .d. requisitionem facere, sol. casus uidetur omissus à bulla, unde de iure responderi potest quod partes deliquerunt cōtrahendō contra tenorem bullæ & ideo sub hoc respectu possent etiam de iure puniri ob uulga. regul. quod p̄uaricatores .ll. coerceri debeant ca. in his dist. xi, Docto. in .l. non dubium. C. de .ll. cum similib. at quo ad ius recipiendi, & retinendi fructus talis societatis posset dubitari per .d. l. non dubium. C. de legib. primo enim uidetur negatiue esse respondendum, ex quo enim isti commisserunt in legem ut constat. per .d. legem, non debent iuris beneficio gaudere ca. fin. de immunita. in contrarium tamen facit quod diximus supra in glos. 14. de altero contractu ad mentem Berol. ex quo enim nec iustitia, nec partes aliquo modo lēduntur, nec damnificantur, uidetur propterea .d. legem in hoc casu esse limitandam, cū aliud

aliud sit peccare circa modum contrahendi & aliud circa modum recipiendi, & retinendi. in casu enim proposito partes peccauerunt. 1. modo, secus 2. merito &c. hec autem dubij solut. uidetur uera, si aliquando constat partes uoluisse contrahere iuxta id quod in .d. glo. 14. diximus, secus aliter &c. & propterea si uoluerunt contrahere super officio, & illud uel non adest uel non est capax contractus esset nullus ob uoluntatem contrahentium, & conseq. daretur repetendi ius sorte princ. & fructus non deberentur & ideo ad coniecturas esset recurendum, ut supra diximus.

Text.

Et si eas falso negauerint, uel expresserint in toto, uel in parte pena priuationis officiorum ipsorum super quibus societas huiusmodi contracte fuerint.

Glos. 16.

Clarissima est iuris conclusio quod qui committit in legem, non debet gaudere beneficio illius .d. l. non dubitum .C. de legib. ca. fin. de immunitat. cum vulg. & propterea conuenienter hic facta fuit decisio in casu proposito. dubitari tamen posset cum in presenti puniatur eques requi-

situs per requisitionem supra ad not. de qualitate eius officij an etiam ipsi contrahentes similiter puniri debeant, & qua pena si delinquet circa eandem societatem sol. clarissimi est iuris, quod praesupposito delicto debeant puniri, quia interest reipubl. ne delicta remaneant impunita ca. ut fame & ibi glos. in uers. impunita. de sententia excommunic. qua autem pena sint puniendi, dubium est, quum per presentem bullam aliter non prouideatur unde in huiusmodi casibus uideatur uerificari decisio. l. recipiendum .l. aut facta. ff. de penis. ca. sicut. de homicid. cum simil. secundum qualitatem enim transgressionis pena imponi debet, ne uua sit maior altera, & ideo in illius impositione circumstantie ipsius facti sunt considerande, pro ut in .d. iuribus deciditur &c. hec autem solutio ueniret limitanda in illo casu, in quo pena transgressionis reperitur definita ab aliqua lege communi, uel extrauaganti, quia in arbitrio iudicis illa pena dicitur esse posita, quae a lege non est statuta A Egid. Boss. in sua pract. crim. tit. de penis nu. 23. probatur in .l. 1. fere in fin. ff. de effractorib. cum simil.

Text.

Sine tamen præiudicio creditorum

Glos. 17.

Hoc præiudicium diuersimode considerari potest, primo durante .d. societate, & sic an fructus debeant solui ad rationem fructuum contracte societatis, & sic puto de iure dicendum, pro ut dixi supra in glos. 15. 2. finita societate, & tunc uel quo ad sortem principal. præsupposito tamen quod talis fors non sit amissa per mortem illius in cuius uita societas contracta fuit, & tunc intelligitur sine præiudicio ut etiam practica obseruat; uel quo ad fructuum perceptionem, & sic in primis uidetur dicendum fructus non esse soluendos ad rationem fructuum societatis, quia cum prætendantur solum ratione interesse, consequenter sicut sunt alterius nature, ita quoque alterius debent esse iuris, & obligationis: an autem tale interesse debeat: relatum mihi fuit Rotam Rom. non semel decidisse, pro ut postea decision. manu scriptas uidi illud non deberi ex quo in actis non fuit deductum, ita specificè pro ut de iure deduci debebat. puto tamen quod quando debitor esset in mora solvendi sortem principalem, &

creditor ob moram fuit passus aliquid damni emergentis, uel lucri cessantis semper tale interesse debetur. D. Thom. communiter recep. in 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primum & ibi Gaietâ. plene id explicat, non tamen semper in pactum deduci potest, cum solum super damno, non autem super lucro pacisci iux. ad not. in glos. 12. decision. autem Rot. Roman. puto uerificari in casu in quo fuit litigatum & creditor non probauit specificè suum præsumptum interesse damni emergentis, uel lucri cessantis, pro ut de iure probare debebat, ut supra quoque adnot. sed hic dubitatur, & queritur quid iuris, an debitori competat ius repetendi si de facto soluisset prædictum interesse, non sub ratione interesse quod dicitur in Vrbe usu esse declaratum ut sit septem pro centenario, sed sub ratione fructuum d. societatis, & sic 10. pro centenario, si enim repetitio esset admittenda daretur ad tria pro centenario; sol. uidetur de iure huiusmodi repetitionem esse admittendam iuxta .l. 1. & ibi docto. & præcipue Bart. ff. de condition. indebit. ca. fin. & ibi canonist. de solution. per ea enim que supra dixi, etiâ in alijs glos. uidetur de iure clarum quod debitor quo ad ista tria non erat civili-

ter, nec naturaliter obligatus, non civiliter quia contractus societatis presupponitur finitus, societate extincta, non naturaliter quia ob eius moram solum ad incrementum erat obligatus iuxta tamen ea, quae supra adnot. illa autem tria cum sint ultra ipsum interest, ut constat per deducta merito &c. hanc autem quaesiti solut. iudicarem esse limitandam, si debitor soluisset pred. tria indebita scienter, secus uero si ignoranter iuxta decision. d.l. & ibi Bart. quia qui scienter soluit indebitum dicitur donare, & consequenter non posset repetere, ut in cita. loc. plene habetur &c.

Text.

Quatenus aliunde illis satisfieri non possit.

Glos. 18.

Obseruo in iure inter alias actionum distincta. reperiri etiam istam v3. quod actio alia sit directa, alia uero subsidiaria iuxta §. penul. instit. de satisdat. tutor, & curat. & ibi glos. & Doct. tot. tit. C. de magistrat. conueniend. cum simil. vnde in praesenti Summ. Pontifex. ex quo priuat equitem suo officio, si requisitus de illius ualore saltum dixerit ut hic legimus, & supra adnot. idque fecit sine praedictio

creditorum uolens suam intentionem melius declarare addidit hanc particul. per quam uidetur significare, quod si creditores non possent suum praedictum euitare actione directa ab eo uel eis, & qui obligati essent ualeant agere aduersus praedictum officium actione subsidiaria. atque ista uidetur intelligentia istius particul. saluo tamen saniori iudicio.

Text.

Ipso iure incurrant.

Glos. 19.

Requiritur tamen sententia declaratoria, qua declaratur factum fuisse tale, quod societas sit contracta contra formam bullae cum secundum leges. de heretic. in. 6. & ibi Doct. Gabriel. in suis conclus. tit. de maleficijs conclusion. 12. de intelligētia autem istius clausul. uide Abba, in. ca. si diligenti nu. 18. de foro competenti & plenissime Tiraq. in. l. si unquam in uerb. reuertantur per plures col. C. de reuocand. donation. & nos diximus super glo. ad statut. Perusin. de compromiss.

Text.

Et nihilominus tam ipsi, quam fideiussores desuper praestiti ad satisfactionem

sactionem societatum, & debitorum desuper contractorum teneantur, & obligati existant, facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus desuper celebrare.

Glos. 20.

Cum Summus Pontifex prius equitem suo officio obtransgressionem de qua diximus supra, atque id faciat sine preiudicio creditorum, in hac particula uidetur declarare huiusmodi preiudicium, & ideo dicit quod tam ipse eques, quam eius fideiussores non obstante .d. pœne impositione remaneant, & sint obligati, pro ut antea erant, & propterea tenentur satisfacere ita, & taliter, ac si talem pœnam passi non essent: hinc not. quod pœne impositio semper fieri debet sine preiudicio habentium interesse, quia sicut per delictum uidetur lesa res publica, & persona particularis, ita quoque in casu satisfactionis utriusque satisfieri debet. de qualitate autem obligationis istarum personarum, non est opus hic aliud adnot. cum supra suis loc. id obseruatum fuerit.

Text.

Qui alias tamen legitime initi, ualidi, & efficaces existant.

Glos. 21.

Qualis erat iste contractus ante constitut. & bullam. Pauli iij. difficilis uidetur esse cognitio nis, quia ex quo fundatus erat, & est in consuetudine, prout etiam supra adnot. atque ista consuetudo non est undique nota, Ideo nec iustitia istius contractus est omnino cognita. ceterum si ex forma istius instrumenti, quæ habetur in formulario instrumentorum Urbis cognosci debeat iustitia eius, obseruo, quod de non nullis posset dubitari ex contentis in .d. forma, primo enim legitur in illa, qualiter a. & b. conuerant inter se societatem super officio &c. unde dubitari possit an uere, & proprie iste contractus sit societatis. 2. legitur quod talis societas sit libera, & exempta ab omni onere ordinario, & extraordinario &c. unde queritur an hoc pactum sit licitum. 3. legitur quod quomodocunque sit finita societas, fructus solui debeant ad eand. rationem societatis uidelicet 10. pro centenario usque ad integram restitutionem sortis principalis unde dubitatur an hoc aliud pactum sit de iure ualidum. 4. habetur non solum in ead. formula, sed etiam in qualibet alia quæ alibi celebratur quod cum per mortem

tem

tem illius sub cuius uita Societas contrata fuit pecunia, & fors princ. amittatur declaratur, ut id intelligi debeat de morte naturali tantum non autem de uoluntaria; unde posset dubitari an ista declaratio sit legitima. 5. legimus in ead. formula quod posset nominari alia persona sub cuius uite pericul. societas dicatur contracta, licet autem de hoc supra sit dictum in alijs glos. dubitari tamen posset an ista declaratio fieri ualeat post contractam societatem. 6. habetur ibidem quod declaratio notificari debeat per intimationem quae ualeat etiam domi dimissa copia, an autem talis citatio sit sufficiens, dubium est in iure. Ideo queritur in omnibus quid sit dicenda haec sunt praecipua dubia, quae occurrunt circa intelligentiam. d. formalem si autem aliquid aliud erit ad notandum ad illius declarationem adnotem. in glo. quas super eadem edere intendimus, unde descendendo nunc ad solutionem de dubiorum dicimus ad primum more glo. quod iste contractus sit in nominatus, & talis naturae uidelicet do, ut des cum sit a iure canon. extrauagante inuentus & constitutus congruum nomen non fuit inuentum ad illum proprie nominandum; uocatus autem fuit contractus societatis ob si

militudinem quam habet potius cum societate quam cum quolibet alio dicit enim Soc. lib. 6. de iusti. & iure quest. 6. ar. 2. in fin. quod si contractus iste debet reputari licitus id contingit, uel sub ratione census, uel sub ratione societatis, unde cum magis sub ratione societatis quam census eius iustitia substatueatur, ut mea fert opinio merito &c. his accedit quod ad contractus in iure explicatos reduci nequit si singulorum naturae fuerint considerare nisi ad contractum societatis ex quo similitudinem habet cum ea merito &c. ad secundum dicimus, quod si Princeps imponeret aliquam collectam super huiusmodi societatibus uigore istius pacti teneretur qui pecuniam accepisset, quod non uideatur iuri conueniens per regul. qui sentit. de regul. iur. in 6. sol. uel dicas hoc pactum regulandum esse a priuilegijs concessis equiti in acquisitione officij pd. & cum regulariter huiusmodi officia habeant immunitatem, Ideo etiam ille qui pecuniam ponit super tali officio ead. immunitate gaudere debet, uel dicas 2. quod qualitas societatis esset consideranda, quia si factio calculo de damno, & lucro, & stante tali pacto, nec pars, nec iustitia laedatur pactum esset licitum, secus

aliter iuxta .i. pacta quæ contra & ibi Docto. C. de pactis merito &c. ad .3. per ea quæ supra in glos. 17. sunt adnot. uideatur istud pactum esse damnandum, quia finita societate solum interesse prætendi potest. unde solut. de iure talis uideatur assignanda uidelicet quod tale pactum sit licitum dummodo creditor probeat post moram debitoris quæ vere tantum erat suum interesse, ut docet Io: Bapt. Lup. in sua repeti. super .i. curabit §. 6. nu. 126. C. de action. empt. & nos supra adnot. in glo. 12. sed consuetudo aliter obseruat; posset etiam hoc pactum confirmari licitum per ea quæ adnotauimus supra in glos. 14. sed cum diuersimode pactum istud fieri posset ideo hæc solut. posset quoque aliquando limitari &c. ad .4. respondetur per text. in ca. ne captiua te. in prin. de concess. præbend. & in .6. poterit. institu. can. de collat. sicut enim occasio captandæ mortis omnino euitari debet, ut in .d. locis statutum legimus, ita etiam ad eand. occasionem euitandam conuenienter adhibetur in contractu isto prædict. pactum, si enim aliter esset daretur occasio prædict. contra .d. iuramento &c. hic tamen ulterius queritur, an mors ista uiolata extendatur ad mortem illatam per

ministros iustitiæ. sol. puto extendendam, quia contrahentes uidentur uoluisse excludere omnem mortem præter naturalem uiolentum enim repugnat naturæ, & uoluntati cum contrarietur ordini naturali, est tamen ad huc cogitandum ob casuum diuersitatem &c. Ad .5. cum distinctio. puto esse respondendum uidelicet aut contractus fuit cum tali pacto, ut liceat declarare talem personam, & tunc nisi fiat cum fraude, & damno alterius partis iudicarem ipsum esse licitum, cum non sit contra bonos mores, & quod non reperitur prohibutum censetur promissum .i. nec non .§. quod eis. ff. ex quibus causis maioris Gabriel. in cons. 87. uol. 1. nu. 1. aut fuit celebratus simpliciter & sine tali pacto & tunc oppositum iudicarem esse tenendum, quia postquam contractus est celebratus non uideatur licitum alicui parti, parte inuita aliquid addere, uel detrahere arg. l. sicut .C. de action. & obligat. hab. emptione. ff. de pactis. ff. in sua decis. 280. at. cum similib. &c. ad .6. & ultimum cum in iure, & in causa civilis citatio, seu intimatio alia sit personalis, quia personæ præsentatur, & alia ad domum, quæ fit cum dimissione cedule ca. causam, quæ, & ca. fin. de dolo,

dolo, & contumac. & persona
semper est citada si inueniri pos-
set glo. super. d. cap. causam qua
in uerb. ad domum. in dubio pro-
posito queritur an iste duę cita-
tiones equiparantur, sol. uide-
tur decidendum quod presuposi-
ta diligentia illius nunciij per
quem fit citatio iste duę citatio-
nes videtur equiparate, aliter. n.
daretur occasio committedi fra-
udes, ista autem diligentia ex eo
cognoscitur necessaria: quia le-
gimus in .d. ca. fin. hac uerb. &
si non poteris inueniri, faciant
ut citationis edictum &c. que
uerba cum in hoc sint clara me-
rito &c. de huiusmodi equiparat.
cum alias diximus super statut.
de execut. instrumentorum in
in presenti ulterius nõ insistã &c.

Text.

*Et executioni demandari debeant
libere, & licite possint, & ualeant.*

Glos. 22.

Hęc bulla in hac particul. du-
pliciter interpretari potest, pri-
mo ex quo non dicit quomodo
contractus iste executioni demã-
dari debeat, uidetur propterea
intelligenda secundum ius com-
mune ad hoc, ut iura iuribus cõ-
cordentur, pro ut concordari de-
bent ea. cũ expediat. de electiõ.
in. 6. l. 1. C. de inoffic. dot. &

cũ de iure communi instrumeta
non habeant executionem para-
tam, ut nouissime docet Mathe.
Coller. in suo tracta. de execu-
tione obligat ciuil. part. 3. cap.
2. nisi in certis casibus. Ideo exe-
cutio ista non esset concedenda
nisi prius cognitis uiribus ipsius
instrumenti iux. ordinem iuris
2. si uerba cum effectu sunt intel-
ligenda, pro ut intelligi debent
ca. relatum. & ibi glo. not de
cleri. non resident. cum ibi ad-
duct. uidetur dicendum q̄ Sum.
Pontif. uoluit per hanc particul.
aliquid addere iuri communi &
consequenter quod iste contrac-
tus habeat executionem paratã
ut contractus garantigiatu: li-
cet autem contrahentes soleant
hunc contractum celebrare ita,
& taliter quod sit celebratus cũ
obligatione camerali, & cum
clausul. illius contractus qui di-
citur informa camere; si tamen
aliquando contingat ipsum sim-
pliciter celebrari uigore istius
bullæ in ista particul. iux. hanc
secundam intelligentiam, quam
puto iuri magis congruam, sim-
pliciter executionem haberet pa-
ratam salua ramen saniori inter-
pretatione &c.

Glos. super Bulla Pij. iiii.

Text.

Licentiam, & facultatem concedimus per presentes.

Glos. 23.

Per hanc particulam uideatur dicendum, quod iste contractus presupponatur introductus à consuetudine, & per hanc bullam, cum per eam sit approbatus ex quo, concedatur licentia contrahendi huiusmodi societates iuxta tamen ea quam supra suis loc. sunt adnot. unde not. quod cum consuetudo ista debeat dici Ecclesiast. & sic pars iuris canonici. S. fin. instic. can. de iur. ca. cum tit. seq. per tot. uideatur tamen extrauagans cum non multi sint anni quod initium habuit, Ideo quæ hic adnot. uidentur concordari cum eis quæ supra in alijs glo. diximus: dicit etiã licentiam concedimus &c. quia cum proprium sit superioris docere, inferioris uero, & subditi doceri, hinc est quod superiorum ordinationes sunt seruandæ ut communiter docent canonist. in ca. 1. de constitut. licet quædam reperiantur, per modum præcepti, quædam uero per modum consilij can. fin. 14. q. 1. cum sim. not. tamen quod sicut superiores sunt plures, & habent ordinem inter se, & ideo inter eos

datur hierarchia, ita quoque obseruantia præd. est ita attendenda, ut prius ordinationes superiorum deinde inferiorum attendi debeant ca. non sēper. 11. q. 3. Omphal. in sua poallit. ciuil. li. 3. cap. 1. nu. 9. usque ad nu. 17. D. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 5. & Tur. Crema. lib. 2. de Eccles. ca. 48. 49. unde cum autor istius bullæ sit summ. Pontifex. ut notorie constat, atque ipsa rationalis existat, Ideo dubitari neque circa eius obseruantiam, respectiue tamen consideratam, not. ulterius quod illud possumus quod de iure possumus, & propterea inter uirtute eius est permittere l. legis uirtus. ff. de legibus D. Tho. 1. 2. q. 92. ar. 2. facit ca. sciscitatus de rescript. cum sim. merito &c.

Text.

Dicta constitutione ceterisque in contrarium quomodolibet facientibus non obstantibus quibuscunque premissorum omnium, & aliorum, hic forsam necessario exprimendorum tenores pro pleno, & sufficienter expressis habentes &c.

Glos. 24.

Bulla Pauli iiii. cum fuisset quædam constitu. generalis, ut ex lectura eius cognoscitur in presenti nō erat necessarium de illa mentio-

mentionem facere ca. 1. de constit. in 6. & propterea hæc particul. uidetur superflua, sol. uel mentio ista fuit hic facta, quia intentio præcipua ipsius Pontificis fuit illam reuocare, & abrogare, uel quia ista particul. apposita fuit respectu cuiuscunque rei que quomodolibet in contrarium facere potuisset, uel quia licet de iure talis particul. non fuisset necessaria, fuit tamen congrua de stylo.; sed quoniam de huiusmodi clausul. nos alibi quædam adnotauimus uidelicet, in glos. super statut. de compromiss. & de successione mulierum stantibus masculis. Ideo in presenti non puto conueniens aliud adnotare &c. Dum hæc scribebam, & adnotabam quidam procurator interrogauit me de duobus, primo unde cognosci posset, & deberat fructus istius societatis esse decem pro quolibet centenario, & an idem sit dicendum de interesse, postquam illa finita esset in casu tamen in quo fors ueniret restituenda, secundo an in isto societatis contractu posset apponi, hoc pactum, ut statim, & immediate quo societas est dissoluta fors principalis dicatur salua, ita quod non sit necesse ut illa in cuius uita societas contracta fuit superuiuat per

15. dies à die dissolutionis, ad primum dedi responsum per ea que supra adnot. ex quo enim fructus officij sunt adeo incerti, ut aliquando sint plures, & aliquando sint pauciores, ad euitandas lites potuerunt partes mediam uiam eligendo iuxta doctrin. Deci. in cap. 1. num. 45. post princ. in prima lectu. de constitutio. & Ancaran. in cons. 210. fere per tot. declarare, & limitare .d. quantitatem ad .d. rationem coniungendo enim extrema, & totum postea diuidendo cognoscitur illud medium, & consequenter habemus modum, & uiam cognoscendi .d. quantitatem, prout petitum fuit, quæ quidem ratio cum non militet in ipso interesse, Ideo de eo non puto posse dari aliquam regulam ad illud cognoscendam, nisi dicamus pro ut diximus supra in glos. 17. argum. l. præcia rerum .ff. ad .l. Falcid. & in glo. 21. uers. ad 3. &c. ad 2. que situm dicebam quod meo iudicio opus erat distinctione, quia quæsitum aut erat soluendum de iure communi, & tunc tale pactum uidebatur licitum, tum quia non aparebat esse contra bonos mores, & per ipsum partes non ledebantur, tum etiam quoniam si per dissolutam socie-

ses dicitur finies, ut supra uidi-
mus, modo non est incoueniens
ut statim, & immediate fors
principal. dicatur posita in tuto,
& quod amplius non sit sub .d.
periculo, sicut erat antea, cla-
rissima est enim iuris conclusio
quod illud pactum debeat iudi-
cari licitum, cui ius aliquod non
resistit iuxta vulg. .l. pacta, que
contra, & ibi Docto. C. de pac-
tis .l. non dubium. C. de legibus
cum simil. si uero esset soluen-
dum de iure consuetudinis, qua
talis cōtractus habet esse, posset
dubitari, & cum talis consuetu-
do presertim in casu isto non sit
omnino clara, Ideo iudicarem

ego hoc pactum de iure esse repu-
tandum ualidum, & legitimum
sed si consuetudo ista in aliquo
loco reperiarur clara tunc aliud
esset dicendum, cum ab ea regu-
lari debeat, si tamen legitime in-
troducta reperiarur, atque hæc
omnia sunt que occurrunt ad no-
tanda pro intelligentia istius bul-
le, atque istius societatis ad glo-
riam Deo, & utilitatem proxi-
mi, singula tamen sint dicta. &
adnot. meo iudicio, & semper
salua saniori sētentia cui liben-
tissime me subscribam ca. perue-
nit .l. 2. de iure iuran. si illa mi-
hi cognita fuerit &c.

FINIS.

SUPERIORVM PERMISSV.
PERVSIÆ Apud Petrum Paulum Orlandum. M. D. XCII.











Handwritten text at the top of the page, possibly a header or title, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

Main body of handwritten text in cursive script, appearing to be a letter or a record. The text is written in brown ink on aged, yellowish paper and is significantly faded and difficult to decipher.

Handwritten text at the bottom of the page, including what appears to be a signature or a closing phrase, also in cursive and faded.